

# THESES MISCELLANÆ, QUAS,

*Consentiente Ampliss. Facult. Philosoph. in Reg. ad  
Auram Academia,*

PRÆSIDE

*MAXIME REVERENDO atque CELEBERRIMO VIRO*

**D: NO I S A A C O  
R O S S,**

*S. S. L. L. PROFESS. REG. & ORD.*

*Publice ventilandas sifit*

**P E T R U S S A N N G R E N**

*V. D. M.*

*WIBURGENSIS,*

**DIE XXV. JUNII Anni MDCCLIX.**

*L. H. A. M. S.*

**A B O Æ ,** Impressit DIRECT. & T Y P O G R . Reg. Magn. Duc.  
Finland. JACOB MERCKELL.

*VIRO admodum Reverendo & Preclarissimo*

**D:no MICAELI HEINTZIO,**

Pastori & Præposito in Sylma & Hardola meritissimo, vigilantissimo, Fau-  
tori & Benefactori magno, omni reverentia ad cineres usque venerando.

*VIRO admodum Reverendo atque Preclarissimo*

**D:no Mag. ARONI LIMATIO,**

Pastori & Præposito in Pädasioki & Cuhmois meritissimo, adecuratissimo, ut  
Patrono & Nutritori per duos jam annos indulgentissimo, ita Fautori  
certissimo, nunquam non venerabunda mente suscipiendo

*VIRO Plur. Reverendo & Clarissimo,*

**D:no SAMUELII HEINTZIO,**


Sacellano & vice Pastori in Hardola longe dignissimo, nec non Benefa-  
ctori astutissimo, quovis honoris genere afficiendo.

**N**ovisitis ipsi, Fautores & Euergetæ optimi, quantum ego VOBIS debeam,  
nam quantis me nunquam non mactaveritis beneficiis, novisitis. Suc-  
curreritis Fautores, præter innumera alia vestra in me merita, sem-  
per sapientissimis mihi consiliis: sustentatis me paupertatis onere nutantem,  
larga vestra supellectile: pro vitili meam, obscuritatem natalium eluctaturi,  
ex multa gratia promotam voluistis, Fautores, felicitatem. Reverendo no-  
mini ultimo loco nominato præsertim omnia prima, eaque non exigua in  
litteris debeo rudimenta, quod quidem id summis semper habitum est be-  
neficiis. Tantum VOBIS debeo, quanta inde a primo tempore quo VO-  
BIS innotui, a VOBIS exceptus sum gratia, sum enim maxima. Grates  
debeo maximas, humillimas, venerationem omnem, observantiam omnem,  
debeo, munera maxima, gravissima debo. Data quidem VOS parvi asti-  
matis quod est excelsarum mentium, utinam ego accepta a VOBIS tanti  
facerem, quanti sunt facienda. Evidem doleo me, ne hac quidem occasi-  
one pro tot tantisque beneficiis, majora posse offerte, quam levidores  
has lineolas. Quicquid tamen desit, Votis compensabo nunquam desinen-  
tibus, ad tumulum permansurus,

**Admodum Reverendorum NOMINUM VESTRORUM**

cu'tor humillimus, observantissimus

**PETRUS SANNGREN.**



### THESIS I.

**N**

On obstantibus perditissimo-  
rum hominum bestiis se assimilan-  
tium de anima humana deliriis,  
sibi in æternum constabit veritas  
existentiæ animæ nostræ, simplicis  
essentia & immortalis.

### THES. II.

**S**icut per רֶקֶע (expansum) Gen. i. v. 6. ipse æther  
totum spatum mundanum replens commode in-  
telligi potest; ita per aquas supra expansum v. 7.  
materiam lutosam planetarum, ante plenam forma-  
tionem horum corporum innui, haud improbabili-  
bus argumentis evincere videtur Cel. Wideburgius  
cum aliis.

### THES. III.

**H**omines præfractæ frontis de quibus Apostolus  
prædixit 2. Tim. 3: v. 1. 2. &c. nostris tem-  
poribus catervatim jam in campum prodire, cuique  
est observatu facillimum.

JoC 2

### THES. IV.

## THES. IV.

**T**risti hoc exemplo confirmat Wertherensis ille interpres Joh. Leonhard Schmidt, cujus libera versio, ut dici amat, quinque librorum Mosis, Anno 1735, funestum quodvis ecclesiæ portendens, prodiit: Hic Auctor non modo divinam auctoritatem derogat Mosis Scriptis in præfatione, quam operi præmisit, sed & vestigia nulla cum pluralitatis in DEO, tum promissionum de benedicto semine in toto Mose, contra dissentissimum ipsius Christi testimonium reliquit.

## THES. V.

**E**nuntiatio זוחל לקרא בשם יהוה Gen. 4: 26, de initio solemnis cultus divini puri, est capienda.

## THES. VI.

**S**ententia quorundam Doctorum nostræ ecclesiæ, qui statuunt DEum resuscitasse Mosen ex mortuis, eoque in corpore sibi proprio comparuisse ipsum sub tempus transfigurati Christi in monte, probabili non caret fundamento.

## THES. VII.

**V**erbum זתאיהו Deut. 5: 18. (21.) in Hithpaël adhibitum, non parum censetur conferre ad confirmandam sententiam illorum, qui in decimo Decalogi præcepto de peccato originali, & in nono de actuali agi, adeoque duo diversa in hoc commate continet præcepta, urgent.

## THES. VIII.

**Q**uod narratio de helluone, de quo Luc. 16: 19-31. mul-

31. multum contineat parabolici, circumstantiæ va-  
riæ, præsertim vero v. 24. coll. cum 27 - 31. incl.  
nos credere cogunt; utrum vero simul, qua acta in  
hac vita, vera censeri debeat historia, ceu rationes  
subducunt Glassius, Dorscheus, Müllerus, aliqui  
magni ex his recentioribus viri, haud liquidum nec  
adeo facile est definire.

THES. IX.

**P**Orismata Theologica, e verbo DEI per legiti-  
mam consequentiam deducta, ejusdem sunt cer-  
titudinis cum veritatibus divinis, quæ *nata pñtr* in  
S. Scriptura leguntur.

THES. X.

**S**i pro notionibus, quas quis de propositione qua-  
libet haber vel habere debet, ubique judicandum,  
quod quidem Philosophi est, ratio formalis conver-  
sionis primæ & secundæ conversionis lapsorum, per  
omnia coincidit, nullaque homini in hac præ illa  
competit prærogativa; quod pace Rev. viri Jac. Ben-  
tzelii in Repet. Theol. Art. XI. quæst. X. hac de re  
aliud quid sentientis, contendimus.

THES. XI.

**L**ingua in genere per multitudinem seu potius com-  
plexum vocabulorum, quæ ad ideas significan-  
das, in hominum communitatibus sunt constituta,  
non male definitur.

THES. XII.

**L**onge plures, quam quæ unquam extiterunt,  
vel jam existunt, ex circiter viginti quatuor illis  
elementis seu litteris, quas alphabetum continet, con-

fici possunt lingvæ, quod inexhaustæ divinæ sapientiæ, haudquaquam spernendum & obscurum est vestigium.

## THES. XIII.

**V**oces sunt omnium aptissima signa ad communicaanda cogitata nostra cum aliis.

## THES. XIV.

**E**o perfectior est lingva aliqua, quo exactius in illam quadrant prædicata signi.

## THES. XV.

**O**mnis sermo & omnia artis Rheticæ præcepta, vel ad docendum vel ad persuadendum, vel ad utrumque simul faciunt.

## THES. XVI.

**L**ingvam Fennicam natura sua esse præstantissimam, utrum quod meruit, culturæ fastigium, nondum obtinuit, nemo dubitat, nisi qui peculiarem illius ad sensa animi exprimenda aptitudinem & emphasin, nec non ad aures demulcendas non mediocriter compositam indolem, plane ignorat.

## THES. XVII.

**F**rustra erudit torquent ingenia, inquirendo, quæ vel quali lingva cœlites sensa mentis sint expressuri, utrum Hebraica, quod ex voce Halleluja, Apoc. 19. 1. cœlitibus tributa, aliisque rationibus, concludunt, an ulla alia; cum nobis omnino sit incognitum num lingva, an alia ratione cogitata sua mutuo communicatur sint.

## THES. XXVIII.

**C**uratior quidem Evangeliorum & Epistolarum potuisset

tuisset institui selectus, nihilo tamen minus, quod contra Calvinianos ponimus, pericopæ istæ conveniens sunt subiectum ecclesiasticae interpretationis, & sic loco textuum Biblicorum ordine quo se invicem excipiunt, in concione tractandorum, retinendæ, modo Concionatores ea, qua par est, cura has tractent, nec negligant alias Codicis divini partes, sed cum his coniungant.

### THES. XIX.

**U**T nullum omnino est dubium, quin religio Christiana, jam seculo Xmo ex oris orientalibus in Russiam introducta sit; ita præeuntibus viris nostra laude superioribus, & in iis Cel Hist. & Moral. ad Auroraam hanc Musarum sedem, Prof. Reg. & Ord. Dno Algotho A. Scarin. nulli dubitamus asslere, Fennos nostrates, in Carelia præsertim & Savolaxia, quamvis non omnes ante centum & quinquaginta fere annos, Christi tinctos fuisse notitia, quam juris & ditionis Svetheicæ Fennia evaderet, & Sanctus Henricus, qui primus habetur Fennorum Apostolus, litoralium partium, quæ Sveciæ proximæ sunt, incolas ad Christum converteret

### THES. XX.

**A**D regnum DEI & cœlestis doctrinæ propagatio nem quamvis non parum conferrent Pontificii, si Papeo-Cæsariæ suæ renunciantes, protestantium cœtui & ecclesiæ semet adjungerent: æquilibrio tamen statuum Europæ, non admodum bene consultum iri nostratum non pauci existimant, si, quæ regalia jura curiæ Romanæ Patres sibi adscripsere, seculari

seculari principis potestati, passim & ubique restituuerentur.

## THES. XXI.

**N**on obtinuisset Deus finem suum, creatione mundi intentum, nisi entia creasset rationalia.

## THES. XXII.

**M**agnum cuique rerum sacrarum scrutatori, Psychologia praestat usum.

SOLI SANCTÆ TRIADI GLORIA.

